



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089


Dominica VI. post Pascha.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

nobis post Susceptionem Gratitude[m],
Eion, Apost.

*Pater
Triplex.*

THESIS VIII. Ipse enim Pater
mat vos. Joan. 16. v. 27. Sunt enim
tres Patres hominis : I. Primus Pater
est Homo, qui notatur ibi : Crescite
& multiplicamini. Gen. 1. 11. Secun-
dus Pater est Diabolus, qui notatur ibi
Vos ex Patre Diabolo estis. Joan.
8. 44. Ill. Tertius Pater est Deus, qui notatur
ibi : Pater noster, qui es in Caelis.
Matth. 6. Sub Primo sumus; sub Secundo
malè sumus; sub Tertio beati sumus.
Petr. Bless. Sermon. 51. de Virginitatibus,
ad Moniales.



DOMINICA VI post PASCHA.

Peccatum.

THESIS I. Venit hora, ut omnes
qui interficit vos &c. Joan. 16. 20.
2. I. Aliqui ex nullo peccato peccatum
sibi constituunt. II. Alij ex vero peccato

ro nullum peccatum statuunt. III. Alij peccatum velut bonum Opus committunt.

THESIS II. *Docebit vos omnem Veritatem.* Joan. 16. v. 13. I. Est Veritas Vitæ. II. Veritas Doctrinæ. III. Veritas Justitiæ. Card. Hugo.

THESIS III. *Quem ego mittam vobis à Patre Spiritum Veritatis.* Joan. 15. v. 26. I. Homo mendax est Hostis Dei, quia Deus Veritas est. II. Hostis Naturæ, utpote quæ linguam cordi affixit. III. Hostis Republicæ, quæ inde patitur, imò evertitur.

THESIS IV. *Venit hora, ut omnis Martyr qui interficit vos &c.* Joan. 16. v. 2. In hoc Mundo vel Martyres, vel Tyranni vivunt; elige sis, qualis eorum esse velis? I. Primum difficile est, sed magni Meriti. II. Alterum facile est, sed magni Supplicii. Crasset. *Consid. feria 2. post Dom. 6. post Pasch.*

THESIS V. *Cum autem venerit Spiritus Paraclytus,* Joan. 15. v. 26. Ad accipiendum fructuosè Spiritum Sanctum quatuor advertenda sunt, juxta præpa-

I ta-

rationem ipsorum Apostolorum. Separatio per hos dies à creaturis: *Cum introissent in Cœnaculum.* II. Frequens & fervens Oratio: *Erant perseverantes in Oratione.* III. Pax tranquilla cum Proximo, & semetipso: *Unanimiter.* IV. Recursus ad Beatam Virginem pro cordis dispositione: *Cum MARIÆ Matre JESU.* P. Alexand. Diotallevi. *tenimento 27.*

Mendaciū. THESIS VI. *Spiritum Veritatis.* Joan. 15. v. 26. Aliquod Mendacium non esse peccatum ingens Mendacium. I. Sive illud *jocosum.* II. Sive *Utile.* III. Sive *Honorarium* appellatur.

THESIS VII. *Spiritum Veritatis.* Joan. 15. v. 26. Mendacium est Naturæ dedecorosum. II. Viro honesto intolerandum. III. Conscientiæ summè contrarium. Verbum mendax Justus detestabitur. Non decet *Principem Labium mentiens.* Prov. 17.



DO